UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm R.P. Pavli Laymanni Societatis Iesv Repertorivm seu Compendiosa Per Alphabeticvm Ordinem Descriptio

Laymann, Paul

Dilingæ, 1664

D

urn:nbn:de:hbz:466:1-62577

Visual Library

Corporalia aliáque paramenta benedicere ex priuilegio poſſunt Mendicantium Prælati, p. 492. n. 10. non-Epiſcopis ægrè priuilegium hoc conceditur. ibid.
Corporalia benedicere an ſit actus Epiſcopalis? p. 519. num. 8.

Copulatiua.

Copulatiua & accipitur pro diſiunctiua *Vel*, ſi ex pluribus membris unum ſufficiat ad effectum propoſitum. p. 71. n. 3.

Crimen.

Crimen executionem officij impediens ſufficit ad renuntiandum Epiſcopatui. p. 477. n. 5. quænam talis. ibid. Occultum eſt quod neque populariter, neq; judicialiter notorium. ibid.
Criminis occulti cenſuras abſolvere vel diſpenſare poteſt Epiſcopus, exceptâ Homicidij voluntarij. p. 515. num. 2.
Crimen adulterij, inceſtus, periurij &c. ſi ſit occultum non facit ipſo Iure ſuſpenſum aut irregularē. p. 515. n. 2.
Criminalia non ſubſunt Iuriſdictioni Vicarij Generalis ſine ſpeciali commiſſione Epiſcopi. p. 593. n. 2.
De Crimine inquirere & cognoſcere quomodo poſſit Vicarius generalis abſq; ſpeciali cōmiſſione? p. 593. n. 2.
Criminaliter condemnato non conceditur in imperio Appellatio. p. 640. n. 2.
Crimen falſi. Vide *falſum*.
Criminis notitiam poteſt aliquis habere tripliciter, nim. ut priuatus, ut Judex in foro interno, & ut Judex in externo p. 702. n. 1.
Crimina occultè cognita, occultè non publicè puniendo. p. 702. n. 2.
Criminis accuſationem admittere & pœnam decernere quomodo poſſit Judex, ſi id ante etiam ex confeſſione nouit? p. 702. n. 3.
Criminali in cauſa inter Epiſcopum & Clericum quis ſit Judex. p. 714. n. 1.
Criminali in cauſa non ſolent conſtitui arbitri. p. 713. n. 1. an poſſint? p. 835. n. 10.
Criminali in cauſa ſi agatur de pœna capitali, an debeant partes perſonaliter adeſſe? p. 787. n. 1.
Criminaliter accuſans obligatur ad pœnam talionis. p. 787. n. 2.

Culpa.

Culpâ carens, damnum ſuſtinere non debet, niſi aliter propria cōventio aut bonum publicū exigat. p. 9. n. 1.
Culpa & pœna ſunt correlata. p. 9. n. 3.
Culpæ annumeratur imperitia in ijs, qui ut periti operam promittunt. p. 532. n. 1.

Cumulatio.

Cumulatio oppoſitorum cum clauſula: *prout melius de Iure valere poteſt*; in quibus admittatur vel non admittatur? p. 225. n. 2.
Cumulatio Iudicij poſſeſſorij & petitorij fieri poteſt in eodem libello. p. 315. n. 2.

Curia Rom. Vide *Stylus*.

Curiâ Rom. valdè remotè diſtare quinam cenſeantur. p. 354 n. 3.

Cuſtos.

Cuſtodis clauſtralis officium eſt manuale; à Pontifice tamen poteſt concedi in perpetuum. p. 276. n. 1.
Cuſtodia, Advocatia, & Regalia loci Eccleſiaſtici, quid? p. 406. n. 1. Ea de nouo ſibi vendicans & propterea bona Eccleſiaſtica uſurpans excommunicatur. ib. Non item id faciens ex fundatione vel conſuetudine antiqua. p. 407. n. 1.
Cuſtos Eccleſiæ an & quomodo teneatur non tantum ex ſuâ, ſed etiam inferiorum culpa. p. 575.
Cuſtodia rerum Eccleſiæ pertinebat olim ad officium Archidiaconi. p. 575.
Cuſtos ſi habeat inter alios Canonicos præeminentiam, habet dignitatem ſeu perſonatum. p. 581.
Cuſtodis officium quod? p. 582.
Cuſtos idem eſt cum Theſaurario & Sacriſta. ibid.
Cuſtos, Archidiaconus, & Archipresbyter ſunt tres columnæ Eccleſiæ. p. 502.

Damnum.

Damnum ſuſtinere non debet culpa carens, niſi aliud propria conventio aut bonum publicum exigat. p. 9. n. 1.
Damnum compenſare an debeat Princeps quod etiam ob bonum publicum intulit priuatis. p. 25. n. 14.
Damni quantitatem læſus ex maleficio probare poteſt Iuramento Veritatis, ſeu veræ æſtimationis. p. 817. n. 1. Non eſt facilè deferendum, ſi alia probatio ſuppetat. p. 818. n. 2. Quomodo ſit deferendum? n. 4.
Damnum in contractu vel quaſi probare quomodo debeat petens reſtitutionem in integrum? p. 821. n. 2.

Data Vide *Reſcriptum*.

Datæ tempus inſpiciendum in Reſcriptis ad cognoſcendam taciturnitatem Veri, & ſuggeſtionem falſi. p. 99. n. 6 p. 100. n. 7.
Datæ tempore ſi perſona, cui vel contra quàm datum eſt Reſcriptum, ſit mortua, eſt illud irritum. p. 144. num. 1.
Ex Datæ tempore dignoſcendum, an Reſcriptum ad Beneficium ſit obreptitium. p. 157. n. 1.

Debitum.

Debitis parentis aut Viri, ſi aliter non poſſit, debent alicubi liberi & Vxor per propria bona ſatisfacere. p. 192. n. 7.
Debiti merè perſonalis an haberi poſſit poſſeſſio vel quaſi, & quomodo? p. 299. n. 6. Sine titulo naſci non poteſt, ſed continuari. p. 300. n. eod.
Debiti inducendi aptus modus non eſt temporis decurſus. ibid.
Debiti titulus præſumitur ex diuturnitate præſtationis uniformiter factæ. p. 300. n. 6.
Debitum cenſetur condonare, qui Inſtrumentum debiti, non item qui pignus reddit. p. 472. n. 1.
Debiti recepti confeſſio reſpectu cuius probet ſolutionem? p. 656. n. 6.
Debitum ſi contrahat religioſus, ubi conveniendus? p. 710. n. 5.

Debitor.

Debitoris eſt electio in alternatiuis. p. 71. n. 1.
Debitor ex empto non poteſt conveniri vi Reſcripti per errorem pro mutuo dati. p. 103 n. 4.
Debitor non tenetur reddere rem debitā, ſi plus, quàm valeat, in tranſmiſſione expendendū ſit. p. 119. n. 1.
Debitum ſi confitearis causâ non expreſsâ, probare id tenetur Creditor. p. 469. n. 2.
Debitor eſt liber, ſi creditor causâ non expreſsâ fateatur ſolutionem. p. 469. n. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Debitor qui non eſt ſoluendo, an poſſit ordinari? p.561. n. 4.
Debitor delegatus quis? p. 600.
Debitori iniuria fit, ſi nimia cautio ab ipſo exigatur. p.737. n. 1. Quæ ſit nimia? ibid.
Debitori ſi vi extorta ſit ſolutio, non competit actio *Quod metus cauſa*, ſed ex L. Iulia. de vi. p. 808. n. 2.
Debitor Minoris ſi ſoluat, adhibeat præter Tutorem etiam decretum Iudicis. p. 821. n. 4.

Decanus.

Decanus obligatur ſtatutis Capituli. p. 17. n. 6. Maior pars poteſt contra eius ſuffragium condere ſtatutum. ibid.
Decani facultatum poſſunt facere ſtatuta. p. 20. n. 4.
Decani cauſa non eſt Capituli. p. 33. n. 3.
Decanatus non comprehenditur nomine beneficij in odioſis. p. 159. n. 3.
Decanatus eſt dignitas. p. 200. n. 1. in aliquibus Eccleſiis electiuus. p. 16. n. 1. p. 227. n. 1.
Decanus alicubi non opus habet confirmatione ſuæ electionis. p. 239. n. 1.
Decanatus eſt beneficium ſacerdotale. p. 254. n. 2.
Decanus alicubi diem electionis nominat. p. 281. n. 1.
Decanus eſt caput capituli in Germania. p. 338. n. 2. Etſi in Præpoſitura ſit prima dignitas poſt Epiſcopalem. ibid.
Decanus ſi ſede Vacante Iuriſdictionem exerceat, poteſt fructus inde provenientes ſibi retinere. p. 443. n. 2.
Decanus debet fieri Presbyter. p. 527. par. Impeditus etiam iuſtè, an ſit priuandus decanatu? p. 528.
Decanatus requirit ætatis annos 24. completè. p. 529.
Decano præferendus quoad dignitatem Archidiaconus. p. 574. n. 4.
Decani rurales inſtitui & deſtitui poſſunt ab Archidiacono; ſed non ſine conſenſu Epiſcopi. p. 577.
Decani rurales an & qualem habeant Iuriſdictionem? p. 579. n. 2. p. 580. n. 1. Quodnam eorum officium? p. 580. par.
Decani rurales non habent Dignitatem ſeu perſonatum p. 581. n. 3.
Decanus Cathedralis eſſe poteſt delegatus Pontificis, aut legati Pontificij. p. 581. n. 3. Item conſeruator. ibid.
Decanus monaſterij quid poſſit mortuo Prælato. p. 745. n. 6.

Decennium.

Decennium eſt in Iure Tempus longum. p. 173. n. 1.

Deceptus.

Decepto ex ſimplicitate an & quomodo ſuccurratur? p. 817. n. 6.

Decimæ.

Decimarum immunitas plerumque non amittitur per unum aut plures actus contrarios. p. 29. n. 11.
Decimarum Ius ſpirituale non poteſt præſcriptione acquiri à Laicis, ſed per priuilegium. p. 178. n. 2.
Decimarum quarta portio debetur ex lege diœceſana Epiſcopo. p. 721. n. 3. Sed ferè abiit in deſuetudinem. ibid.
A Decimis Epiſcopus neminem poteſt eximere; ſed in dubio tranſigere. p. 770. n. 1.
De Decimis an poſſit Parochus cum Parochianis tranſigere? p. 770. n. 2.
Decimas poteſt Clericus locare vel vendere ad vitam ſuam. p. 847. n. 2. Eaſdem in dotem dare filiæ aut ſorori non poteſt. ibid.
Decimas prædiales Parocho ſoluere tenentur etiam Religioſi de Iure communi. p. 776. n. 1. Hodie exempti ſunt per priuilegium Pontificis. ibid. In quo priuilegium hoc conſiſtat? ibid.
Decimas iniuſtè negans condemnari debet ad ſoluendas futuras, & compenſandas præteritas. p. 776. n. 3.

Declaratio.

Declarans nihil dat, ſed datum ſignificat. p. 51. n. 6.
Declaratiua Lex abſoluta, extendenda eſt etiam ad præterita. ibid.
Declarans nihil de nouo agit. p. 191. n. 1.

Decretum.

Decreta fidei abrogari nunquam poſſunt, ſed morum. p. 4.
Decreta fidei & morum valent, etſi falſum quid contineant. p. 84. n. 3.
Decretis in Eccleſiaſticis ſententia deciſionis, non ratio attendenda. p. 84. n. 3.
Decreta Pontificis obſeruanda ſunt, ſiue ſcripta ſint, ſiue non. p. 265. n. 3.
Decretis ſuis non poteſt Princeps obligare ſuum ſucceſſorem. p. 286. n. 4.
Decreto electionis formato cenſetur primum illa facta. p. 302. n. 4. p. 346. n. 10.
Decreto iam formato non poteſt Electio aliorum acceſſione conualeſcere. p. 310. n. 2.
Decretum commune alicuius collegij quid? p. 345. n. 2.
Decretum Electionis formandum & publicandum poſt collata ſuffragia quoad numerum. p. 346. n. 9. Et quidem mox ſeu uno contextu; & quid hoc ſit? p. 360. n. 2.
Decretum quo Electio facta promulgatur, fieri debet communi nomine. p. 380. n. 2. in eo ſi Elector inhabilis exprimatur in ſpecie poteſt Electio impugnari. p. 798. n. 3. Non item ſi exprimatur tantum in confuſo. ibid.
Decretum capitulare ut valeat, debet in id conſentire pars reſpectu totius præſentis capituli maior. p. 414.
Decretum Electionis clauſulam: *& alij mihi conſentientes* non comprehendit inhabiles. p. 798. n. 3.

Dedicatio.

Dedicare Eccleſias non poteſt Archiepiſcopus ante acceptum pallium. p. 306. par.
Dedicationis die conferre ordines eſt abuſus. p. 505. par.

Defenſio.

Defenſio contra falſitatem eſt Iuris naturalis, nec ulli poteſt eripi. p. 68. n. 3.
Defenſio propria nemini negatur. p. 146. n. 2.

Degradatio.

Degradandus Clericus ſi litteras Papales falſificet. p. 114. n. 2.
Degradare ſolemniter Clericum non poteſt Epiſcopus niſi conſecratus. p. 274. n. 2. Nec ſolus. p. 452.

Degra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Degradatus Epiſcopus poteſt, ad huc validè conſecrare Eccleſias, altaria, calices, &c. p. 542. n. 1. probabiliter tamen ſine diſpenſatione ad Miſſam adhibenda non ſunt. p. 543. n. 1. Saltem ante ſimplicem benedictionem. n. 2.

Delegatio V. Commiſsio, Iudex delegatus.

Delegatio cauſæ cum generalitate tribuit Iuriſdictionem quaſi in habitu. p 91.

Delegatio Canonico facta cenſetur perſonalis. p. 164. n. 6.

Delegationis vi non poteſt actor & reus ejuſdem civitatis aut Diœceſis trahi extra illam. p. 164. n. 9.

Delegatio cauſæ à Pontifice ejúſque legato ut fiat carenti requiſitis qualitatibus non poteſt conſuetudine obtineri. p. 178. n. 2.

Delegari in Iure ciuili non poſſunt, quæ meri aut mixti Imperij ſunt alicui commiſſa. p. 389. n. 6.

Delegari abſolutè poſſunt, quæ ſunt Iuriſdictionis ordinariæ. p. 594. n. 4.

Delegata alicui cauſa ratione dignitatis an & quomodo tranſeat ad ſucceſſorem? p. 592. n. 16.

Delegatáne ſit an ordinaria poteſtas Vicarij ad ſpecialia. p. 600. n. 14.

Delegare eſt alterum in ſuum locum ſufficere. p. 600.

Delegatio ſi fiat ſub conditione petendi conſilij, an id neceſſario petendum aut ſequendum? p. 604. n. 4.

Delegantis vices in Iuriſdictione gerit delegatus. p. 613. n. 1.

Delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. p. 617. n. 1. p. 715. n. 4. Etiam re adhuc integra. ibid. Non ad ſucceſſorem in adminiſtratione tantùm. ibid.

Delegatio facta alicui ſub nomine proprio, non tranſit ad ſucceſſorem. p. 617. n. 1.

Delegationem factam eſſe ſub nomine dignitatis vel proprio, unde dignoſcatur. p. 617. n. 1.

Delegatio ſub nomine dignitatis & proprio ſimul facta an perſonalis vel realis? p. 618. n. 2.

Delegatio facta intuitu dignitatis amittitur cum dignitate. p. 618. n. 3. An etiam facta intuitu perſonæ? n. 4.

Delegatio facta Legato ſedis Apoſtolicæ intuitu dignitatis hujus an tranſeat ad ſucceſſorem. p. 619. n. 6.

Delegatio facta Vicario intuitu Officij tranſit ad Succeſſorem. p. 619. n. 6.

Delegare remoto Appellationis remedio nemo poteſt, niſi Princeps. p. 642. n. 5.

Delegare ad cauſam contentioſam eſt actus Iuriſdictionis. p. 647. n. 1.

Delegationis reuocatio eſt odioſa. p. 651. prin.

Delegatio ſi ſit intuitu dignitatis facta, an delegato depoſito vel renuntiante expiret Iuriſdictio ſubdelegati. p. 652. n. 2. An ſi ſit intuitu perſonæ facta. n. 3.

Delegatio aut ſubdelegatio ordinariè non procedit à dignitate ſed à perſona. 652. n. 2. Facta expreſsè nomine *ſedis Apoſtolicæ* expirat per mortem delegantis. ibid. fieri non poteſt hoc modo ab ijs, qui ſunt inferiores Principe. ibid.

Delegationis negatiua quomodo ſi probanda. p. 654. n. 2.

Delegationis Reſcriptum eſt ſtrictæ interpretationis, non extendendum ad non expreſſa, niſi connexa. p. 655.

Delegatam poteſtatem an & quomodo delegans poſſit reuocare? p. 662. n. 4. & ſeq.

Delegationis verba ita explicanda, ut ea potius valeat quàm pereat. p. 678. n. 2.

Delegatio intuitu dignitatis ſi facta ſit ante mortem delegati valet, eámque exequitur ſucceſſor. p. 681. n. 2.

Delegari poteſt cauſa appellationis ſecundum Ius non ciuile, ſed Canonicum. p. 715. n. 2.

Delegare quis poteſt cauſam etiam non ſubdito. p. 715. n. 3.

Delegare potes alteri quamuis poteſtatem tibi ex officio & Iure ordinario competentem. p. 724. n. 1. Etiam generaliter. n. 2. Non quoad miniſterium tantùm ſed etiam quoad cognitionem cauſæ. n. 3.

Delegare an & quomodo poſſit Prælatus Regularis alteri ſuam Iuriſdictionem. p. 745. n. 6.

Delictum Vide *Culpa, Crimen.*

Delicti Venia data à Principe, lege &c. extenditur ad præterita tantùm, non ad futura. p. 53. n. 11.

Delicti alieni cauſâ an & quomodo puniri poſſit innocens? p. 389. n. 3.

Delictum non impediens, conſulens, adjuvans, mandans, & exequens an pari pœnâ digni? p. 602. n. 4.

Delictum Prælati non obeſt Eccleſiæ, p. 740. n. 1. Niſi ei conſentiat conuentus. p. 741. n. 1.

Denuntiatio.

Denuntiatio Canonica contra electum fieri poteſt etiam poſt Conſecrationem. p. 450. n. 2.

In Denuntiationibus Matrimonij diſpenſare de Iure poteſt Vicarius. p. 598. n. 9.

Denuntiatio fieri ad fidem poteſt per Officiales juratos vel per litteras ſigillo munitas. p. 630. n. 1.

Denuntiatio noui operis habet etiam locum, quando fit præparatio ad opus. p. 655. n. 2.

Depoſitio V. ſuſpenſio.

Deponendus Clericus ſi in cauſa beneficiaria falſi crimine fuerit conuictus. p. 114. n. 2.

Depoſitus à beneficio non poteſt per Ordinarium reſtitui ſine conſenſu Patroni. p. 156. n. 3. p. 288. n. 9.

Depoſitio Abbatis aut Præpoſiti ut fiat ab Epiſcopo ſine Capituli conſilio, obtineri poteſt per conſuetudinem. p. 203. n. 1.

Deponere Epiſcopum non poteſt Metropolitanus. p. 452.

Depoſitus abſolutè amittit omne Ius ad beneficium; & ſi reſtituatur, ultimum locũ tenere debet. p. 465. n. 2.

Depoſito eo, cui fuit intuitu dignitatis facta delegatio, an expiret Iuriſdictio ſubdelegati. p. 652. n. 2. An & ſi intuitu perſonæ ſit facta? n. 3.

Deponendi beneficiati poteſtatem habent quidam Prælati. p. 467. n. 7.

Depoſiti Clerici ſunt adhuc ab Eccleſia alendi. p. 475. num. 1.

Deponendus ob infirmitatem aut ſenium non eſt Epiſcopus, nec Prælatus. p. 478. n. 6.

Derogatio *Vide* Ius, Lex, Privilegium, Reſcriptum, Statutum.

Devolutio.

Devolutio beneficiorum non mutat eorum naturam aut qualitatem. p.207 n.6.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi eligentes vel electus fuerint in cenſura. p.279.n.8.

Devolvitur Ius eligendi ad ceteros, ſi aliqui ſcienter eligant indignum. p.291.n.4.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi eo capitulares omnes vel aliqui abutantur. p.294 n.4.

Devolvitur Ius eligendi ad Superiorem, ſi aliquibus eo iam privatis priventur & reliqui. p 302.n.4.

Devolvi Ius providendi quomodo ad Superiorem poſſit in Eccleſia non numerata? p.315.n.1.

Devolvatur quando ad Pontificem eligendi Ius Imperatorem? p.327.n.10,

Devolvitur Ius eligendi in Cathedrali ob electionem indigni ad Papam. p.340.n.6.p.412.n.1. Ob negligenter omiſſam electionem per trimeſtre ad Metropolitanum, ut olim, ita & hodie. p.341.n 6. p.412.n.1. Si tamen ad eum ſpectet confirmare electum Epiſcopum. p.341.n.6. In aliis Eccleſiis devolvitur Ius eligendi ad proximum Superiorem ad quem Electi confirmatio ſpectat. p.341.n.6 p.412.n.5.

Devoluto Iure, quæ agit Prælatus, ad ea neceſſarius illi non eſt conſenſus aut conſilium Capituli. p.341 n.7.

Devoluto Iure eligens eligere debet, ſi poteſt, aliquem ex gremio eiuſdem Eccleſiæ. p.341.n.8.

Devolutio non mutat naturam & qualitates Iuris eligendi. p.341 n.8.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi forma ſcrutinij non ſit ſervata. p.348.n.14

Devolutio poteſtatis ob negligentiam Prælati fit ordinariè ad proximum ſuperiorem. p.422.n.5.

Devolvitur Ius eligendi ad proximum ſuperiorem, ſi compromiſſarij intra trimeſtre negligant eligere Epiſcopum. p.440.n,1. Si eligant indignum, ad compromittentes. n.2.

Devolvitur Ius collationis ad Archiepiſcopum, ſi Capitulum ei immediatè ſubiectum per ſemeſtre negligat. p.499. Ad Pontificem, ſi & Archiepiſcopus per alterum ſemeſtre ſit negligens. ibid.

Devolvatur ad quem Ius conferendi ob negligentiam, ſi ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, vel ad utrumque ſimul ſpectet. p.500.

D E V S.

Divina Eſſentia trium perſonarum eſt una & ſimpliciſſima, p.2.n.2. à Relatione diſtinguitur tantùm ratione. ibid.

Diaconus.

Diaconus nullam dare poteſt publicam benedictionem. p.493.n.12.

Diaconus ſine manus impoſitione ordinatus non poteſt miniſtrare priuſquam ſuppleatur defectus. p.541. n.1. Quomodo ſupplendus? p.543.n.1. Quomodo ei imponatur manus? p.544 n.4.

Diaconi olim in quavis cathedrali erant ſeptem ad negotia Epiſcopi procuranda. p.574.n.4.

Diaconos inter & Presbyteros olim de præcedentia gravis contentio. p.574.n.4.

Diaconi ſunt oculi Epiſcopi. p.576.

Dies.

Dies naturalis à medio unius noctis uſque ad medium ſequentis ſe extendit. p 637. par.

Die factum cenſetur, quod ante mediam noctem eſt factum. p.638.n 3. Niſi ſpeciatim requiſitum ſit, ut lucis tempore fiat. ibid.

Dieta.

Dietam unam ultra fines ſuæ diœceſis nemo citandus. p.119.n.2.p.165.n.9.

Dieta una legalis complectitur XX. milliaria Italica ſeu XX. millia paſſuum. p.119.n.3.

Dieta vulgaris quantum ſpatium complectatur, pendet ex arbitrio Iudicis. ibid.

Dieta vulgaris intelligitur, ubi non expreſsè legalis nominatur. p.119.n.3,

Dieta, ultra quam citandus nemo, computanda eſt à diœceſi domicilij, non rei ſitæ. p.124.n.2.

Dieta unde computanda, ſi quis habeat diverſa domicilia in diverſis diœceſibus. p 124 n.3.

Dignitas.

Dignitas ſine autoritate Pontificis quæ poſſit extingui ab Epiſcopo. p 27.n 2.

Dignitates non comprehenduntur nomine beneficij in odioſis. p.159.n.3.

Dignitas & perſonatus ſubinde pro eodem, ſubinde pro diverſis accipiuntur. p 161. prin. p.199.n.1.

Dignitas eſt Eccleſiaſtica præeminentia cum Iuriſdictione fori externi. p.161. prin. p.199.n.1.

Dignitatem habens amobilem ad nutum poteſt eſſe delegatus pro Reſcripto Papali Iuſtitiæ. p.162.n.2.

Dignitas eſt Prioratus non clauſtralis, ſed conventualis. p.163.n.4

Dignitatem, quam habet exprimere debet impetraturus aliud beneficium à Pontifice. p 79.n.1. Non item impetraturus ab Ordinario. p.80 n.2.

Dignior cenſetur, qui prior nominatur in Inſtrumento. p.109.n.4 p.449.prin.

Dignitas & beneficium habent ſe ut excedens & exceſſum. p.163.n.5.

Dignitas nova non inſtituenda cum detrimento aliorum beneficiorum. p.181.n.1. Niſi neceſſitas ſit aut magna Eccleſiæ utilitas, n.2. Vel detrimentum tenue. n.3.

Dignitas nova ſi inſtituatur inſtituenda iuxta conſuetudinem vicinarum Eccleſiarum. p.182.n.4. Niſi de illa Ius commune extet. n.5.

Ad Dignitatem Eccleſiaſticam qui non poſſint eligi? p.187.n.5.

Dignitates Perſonatus aut officia duo in una Eccleſia quis habere non poteſt ex conſuetudine, ſed ex diſpenſatione. p.200.n.3.&4.

Dignitatem, Perſonatum, aut Officium cum Canonicatu habere quis poteſt in Eccleſia una per conſuetudinem, per Epiſcopum, &c. p.201.n.6.

Dignitas paſtoralis eſt Prælatura. p.228.n.2.

Dignitas ſine cura requirit annos 22 completos. p.254.n.1.

Dignitas ſi ab Epiſcopo conferatur indigno, ad quem tunc Ius conferendi devoluatur. p.262.n.7.

Dignitas perſonæ accipitur ex officio, genere, ſcientia. p.290.n.3.

Digni-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Dignitates & beneficia ultra quod tempus vacare non debeant? p. 339. n. 1.

Dignitatis omnis incapax eſt, electioni ſuæ per abusũ poteſtatis laicæ factæ conſentiens. p. 351. n. 4. Niſi diſpenſet Pontifex aut Epiſcopus. n. 6.

Dignitati aut perſonatui æquiparatur beneficium curatum quoad pluralitatem, non quoad alia. p. 351. n. 7.

Dignitatis collationem à Laico acceptans redditur ad illam & quamuis aliam inhabilis. p. 351. n. 8.

Dignitates plures nemo poteſt ſimul habere in titulũ ſine diſpenſatione Pontificis. p. 377. n. 2. Altera obtenta vacat prior ipſo Iure. ibid. Vtramque præſumens retinere eſt utraque privandus. ibid. Imo hodie ipſo Iure utraque privatus eſt, & ad omne aliud beneficium inhabilis. p 378. n. 9.

In Dignitatibus non licet deſcendere. p. 475. n. 2.

Dignitati publicæ renuntiari non poteſt, niſi in manu eius à quo fuit accepta. p 485. n. 3.

Dignus æſtimari debet, qui non ſcitur indignus eſſe. p. 524. par. & n. 2.

Ad dignitates & perſonatus quænam ætas requiratur. p. 528. p. 539. n. 2. 3. Quomodo in ea poſſit vel non poſſit diſpenſare Epiſcopus. ibid.

Dignitates Eccleſiaſticæ non poſſunt conferri illegitimis ſine diſpenſatione Pontificis. p. 556.

Dignitates Archidiaconi, Præpoſiti, Decani & Vicarij quam habeant inter ſe præeminentiam. p. 574. n. 4.

Dignitatibus accenſetur officium Vicarij generalis in ſpiritualibus. p. 588. n. 4.

Dignitatis ratione ſi cui ſit delegata cauſa, an ad ſucceſſorem devolvatur. p. 592. n. 16.

Dignitatis ratio quomodo habenda in pœna inferenda. p. 648. n. 3.

Dimiſſoria.

Dimiſſoriis carens ſi ſuſcipiat ſacrum Ordinem, eſt ab eo ſuſpenſus. p. 509.

Dimiſſoriæ ad Græcos Epiſcopos non ſunt dandæ Latinis. p. 510.

Dimiſſorias impetrans petat ijs inſeri facultatem diſpenſandi in interſtitiis. p. 513. n 4.

Dimiſſorias dare poteſt, qui & ordines conferre. p. 520. n. 1.

Dimiſſorias ad alienum Epiſcopum non poſſunt dare Prælati ſuis regularibus. p. 520. n. 2. Niſi diœceſanus abſit, vel non ordinet. p. 521 n 4. Quod in Dimiſſoriis exprimendum. ibid. Vel ſpeciale habeant privilegium, ut fere exempti. p. 521. n 5.

Dimiſſorias ſecularibus ſuis ſi dent Prælati, ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio. p. 521. n. 4.

Dimiſſorias an & quomodo dare poſſit Vicarius? p. 520. n 2. An & quomodo Capitulum ſede Vacante? p. 520. n. 3. p. 577.

Dimiſſorias dare poteſt Epiſcopus ſuſpenſus. p. 522. num. 1.

Dimiſſoriæ quid? p 570. n. 3. Quomodo differant à teſtimonialibus, commendatitijs & formatis? ibid.

Dimiſſoriarum defectus ſuppleri ab ordinando non poteſt per Iuramentum. p. 571. par. An per legitimos teſtes? n. 2.

Dimiſſorias ſine conſenſu Epiſcopi dare non poteſt Archidiaconus. p. 577.

Dimiſſorias dare non poteſt Vicarius niſi ex ſpeciali commiſſione Epiſcopi. p. 520. n. 2. p. 596. n. 1. Vel Epiſcopo in remotas partes abeunte. p. 520. n. 2. Quo tamen caſu ſpectanda conſuetudo. ibid.

Dimiſſoriæ an expirent per mortem concedentis. p. 627. n. 7.

Diœceſis.

Diœceſis una pro alia ſi ponatur in Reſcripto ad lites, poteſt contra illud ut obreptitium excipi. p 133. n. 1.

Diœceſis nomine non comprehenditur in odioſis civitas Epiſcopalis ſeu Cathedralis. p. 138. n. 4. Nec loca exempta. ibid.

Diœceſis unius unus tantum poteſt eſſe Epiſcopus. p. 719. n. 2.

Diœceſanus.

Diœceſani an in loco exempto obligentur legibus ſui Epiſcopi. p. 60. n. 5.

Diœceſanorum nomine in odioſis non intelliguntur Exempti in diœceſi ſed in favorabilibus. p. 138. n. 4.

Diœceſana Lex V. Lex.

Diſciplina.

Diſciplinæ Eccleſiaſticæ nervus eſt Cenſura. p. 180. n. 2.

Diſciplinæ Eccleſiaſticæ contraria conſuetudo non valet. p. 180. n. 2. 3. p. 183. n. 2. & 3.

Diſciplinam Eccleſiaſticam conſeruare poſſunt Epiſcopi & Prælati ſuis moribus & ſcientiâ. p. 249. n. 2. Si collabatur in Monaſterijs, plerumque id fit vitio Prælati. n. 3.

Diſciplina potius quàm temporalia ſunt ſalus Monaſterij. p. 335. n. 3.

Diſcordia V. Electio in diſcordia.

Diſcordia, in qua fit Electio, poſtulatio, &c. quid ſit? p. 416. n. 1.

Diſcordias parere ſolet Iuriſdictionis communio. p. 630. n. 1.

Diſcordia ſi ſit inter duos arbitros, aſſumere ij debent tertium. p. 665. n. 2.

Diſpenſatio V. Privilegium.

Diſpenſatio etſi ſit ſtrictæ interpretationis extenditur ad connexa. p. 11 n. 1. Vti & ad acceſſoria. p. 251. n. 5. p. 558. n. 6.

Diſpenſare in Iure naturali præceptivo non poteſt Magiſtratus humanus. p. 21. n. 6.

Diſpenſatio voti non fit mutando legem naturalem, ſed eius objectum. ibid.

Diſpenſatio eſt ipſo Iure irrita, *ſi preces veritate non nitantur.* p. 68. n. 2.

Diſpenſare in lege ſuperioris non poteſt inferior validè ſine legitima cauſa. p. 73. n. 3.

Diſpenſare in inhabilitate ex Iure poſitivo ortâ poteſt Princeps validè ſine omni cauſa. ibid.

Diſpenſatio valet, ſi eo tempore, quo fit, precum Veritas ſubſiſtat. p. 100. n. 7.

Diſpenſatio in duobus impedimentis valet quoad unum, etſi quoad alterum ſit allegata cauſa falſa. p. 103. n. 4.

Diſpenſatio in ſecundo gradu contra Trid. valet quandoque ſine clauſula eius derogatoria. p. 120. n. 6.

Diſpenſatio pro alio abſq; omni eius mandato poteſt impetrari. p. 122. n. 5. p. 287. n. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſpenſatio valet, ſi in nomine aut alia qualitate petentis erretur, ſed de perſona conſtet. p. 134. n. 2. An & quomodo ſi etiam in perſona erretur, ibid. §. *Sed dubium eſt.*

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimis ad beneficia & Ordines minores p. 191. n. 1. Sed non poteſt eos ad hoc generali ſtatuto habilitare. ibid.

Diſpenſatione obtineri poteſt, cuius conſuetudo eſſet irrationabilis. p 200. n 3. & 4.

Diſpenſatio ſine iuſta cauſa circa pluralitatem beneficiorum eſt valida, ſed ex parte dantis & uſurpantis illicita p. 200. n 5.

Diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum exhibenda Ordinariis. p 200. n. 5.

Diſpenſatio omnis fit ex gratia, non ex Iuſtitiæ debito. p. 218. n. 6. In neceſſitate autem vel Vtilitate ex officio. ibid.

Diſpenſare in ſtatutis conciliorum de moribus poteſt Pontifex; imo & in neceſſitate Epiſcopus. p. 243. n. 2.

Diſpenſare poteſt Pontifex cum Schiſmaticis ad Epiſcopalem dignitatem p. 244. n. 2. Vti & cum ordinatis à Schiſmaticis. p 244. n. 3.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in ætate ad beneficia per ſe requiſitâ à SS. Canonibus. p. 255. n. 4. p. 528. n. 1. p 539 n. 1. An in requiſita à ſtatuto. p. 528 n. 2. Vel ratione o dinis annexi. p 257. n. 8. Vel ad Dignitatem non curatam. p. 539. n. 2.

Diſpenſatio ad dignitatem non intelligitur de Epiſcopali aut Cardinalitiâ p. 286 n. 2. p. 558. n. 6.

Diſpenſandi cauſæ quænam ſint? p. 286. n. 5.

Diſpenſare in Anno Novitiatûs olim potuit Legatus; hodie ſolus Pontifex p. 335. n. 5.

Diſpenſare ſolus Pontifex poteſt, ut Non-Profeſſus eligatur in Abbatem. p. 336. n 5.

Diſpenſare poteſt etiam Epiſcopus cum conſentiente in ſui electionem abuſu laicæ poteſtatis factam. p 351. num 6.

Diſpenſans ex qua diſtantia colligat difficultatem adeundi Pontificem? p 354. n 3.

Diſpenſatio Pontificis eſt neceſſaria, ut haberi poſſint in titulum plura ſimul curata, dignitates, aut perſonatus. p. 377. n. 2. Plerumque tamen etiam non facit tutum in conſcientia, ſi reditus abundent. p 378. n 6.

Diſpenſans ad plura beneficia ſimul retinenda intelligit ea tantùm, quæ canonice ſunt obtenta. p. 378. n. 7.

Diſpenſatione Papali opus eſt ad retinendum Curatum aut Perſonatum cum Cardinalatu. p. 383. n. 1.

Diſpenſare cum ſimoniacè electo aut proviſo an & quomodo poſſit Epiſcopus? p. 389. n. 4. & p. 391. n. 7.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum Curato in Reſidentia quoad breve tempus; & quodnam illud? p. 408. n. 2. Studiorum cauſa uſque ad ſeptennium, etiam in Sacerdotio. p. 437. par. Cum beneficiatis non curatis, quamdiu videbitur expediens. p. 438. n. 2.

Diſpenſare in lege divina quomodo poſſit Pontifex? p. 454. n. 8. p. 778. n. 2.

Diſpenſatio ad dignitatem maiorem non valet pro pari. p. 456. par.

Diſpenſatio facta Epiſcopo ad alium Epiſcopatum confert hoc, ut poſſit eligi ſicut alij. p. 457. n. 2. Tutius tamen eſt, ut ſervetur nomen Poſtulationis. ibid.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus ſuſpenſionibus & irregularitatibus ex occulto delicto ortis. p. 478. n 5. Excepto homicidio voluntario. p 515. n. 2. Cum ipſo Epiſcopo autem eius confeſſarius. p. 478 n. 5.

Diſpenſare cum bigamis non ſolet Pontifex. p. 479. n. 10. Difficulter cum Spuriis. ibid.

Diſpenſare ſolet Pontifex cum Epiſcopo in Irregularitate ob homicidium occultum, non notorium. p. 479. num. 10.

Diſpenſat non facilè Pontifex in Canone Concilij generalis. p 481. n. 4.

Diſpenſare in interſtitiis Ordinum poteſt Epiſcopus, vel ſede Vacante Capitulum, etiam cum Regularibus exemptis. p. 513. n. 4. Cum ſubditis alterius Epiſcopi, non niſi in dimiſſorialibus ſit expreſſum. ibid.

Diſpenſare in univerſali Canone Eccleſię non poſſunt Epiſcopi aut Archiepiſcopi. p. 514 n. 1. p. 539. n. 2. In neceſſitate tamen poſſunt ex præſumpta Pontificis facultate. p. 243. n. 2.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in ætate ad beneficium requiſitâ iuxta Canones. p. 528. n. 1. p. 539. n. 1. Sed in requiſitâ iuxta proprium ſtatutum. p. 528. n. 2.

Diſpenſare non præſumitur Pontifex in ætate beneficij, niſi exprimat. p. 529. n. 1.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in ætate cum ordinandis aut præficiendis. p. 539. n. 1. Nec in ætate ad dignitatem curatam requiſitâ. n. 2. An in requiſita ad non curatam? n 3.

Diſpenſare non decet cum filio Sacerdotis ad beneficium curatum. p. 550. n. 1.

Diſpenſatio cum illegitimo & Legitimatio plurimum inter ſe differunt. p. 557. n. 1.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in ſtatuto Collegiatæ à ſe iurato vel à Papa confirmato. p. 558. n. 5.

Diſpenſatio Pontificis cum illegitimo ad Ordines & beneficia quomodo explicanda? p. 558. n. 6.

Diſpenſatio *ad inſtantiam* reſtringitur ad expreſſa in poſtulatione. p. 559. n 1.

Diſpenſatio ut valeat, debet totum Impedimentum fuiſſe expreſſum. p. 559. n. 1. Niſi habeat clauſulam *motu proprio, ex certa ſcientia, non obſtantibus.* n. 2.

Diſpenſatio à Iure communi eſt odioſa & ſtrictæ interpretationis. p. 565. n. 2.

Diſpenſare Vicarius non poteſt in ijs, in quibus poteſt Epiſcopus. p. 597. n. 9. Niſi ipſum Ius hoc tribuat. p. 598. n. 9. Aut Epiſcopus ſaltem tacitè committat, ibid.

Diſpenſare quis poteſt cum conſanguineis ſuis, filijs & familiaribus p. 622. n. 3.

Diſpenſare in caſibus Papalibus occultis poteſt Capitulũ ſede Vacante. p. 617. n. 1.

Diſpenſandi poteſtas in votis, Matrimonijs, &c. An exſpiret per mortem concedentis? 617. n. 7.

Diſpenſare cum exemptis in Voto, Iejunio, &c. poteſt etiam Epiſcopus. 667. n. 3.

Diſpenſatio Matrimonialis commiſſa Officiali an exſpiret per mortem commitentis. p 680. n. 2.

Diſpenſandi poteſtatem tibi ex officio competentem potes alteri delegare. p. 724. n. 1. Etiam generaliter. n. 2. & non quoad miniſterium tantum ſed etiam quoad cognitionem cauſæ. n. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſpenſare in caſibus reſeruatis, ſi per ſe vel per accidens ſint Epiſcopales, poteſt Capitulum ſede vacante. p. 750. n. 5.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio ita accipienda, ut ſit Iuri communi conformis. p. 173. n. 4.

Diſpoſitio quævis ſic interpretanda, ſalvâ Verborum proprietate, ut à Iure communi non recedatur. p. 188. n. 8.

Diſpoſitio duplicem habens ſenſum accipienda in improprio, non ut cum Iure communi concordetur. p. 188. n. 8. Sed ut non cedat in præiudicium tertij. p. 189. n. 9.

Diſpoſitionem dubiam in ſenſu falſo accipiens excuſatur. p. 189. n. 10.

Diſpoſitionis à Verbis non eſt recedendum, niſi manifeſtum ſit, aliud ſenſiſſe diſponentem. p. 413.

Diſpoſitio generalis ſi in certâ ſpecie verificanda ſit, eſt in eventu ſpecialis. p. 615. n. 3. Ei non derogatur per poſteriorem ſpecialem ſine illius mentione. ibid.

Diſputare.

Diſputare de poteſtate principis eſt inſtar ſacrilegij. p. 73. n. 4.

Diſputare de fide in conventiculis prohibitum. p. 390. n. 7.

Diſtantia.

Diſtantia ab Vrbe quænam cenſeatur valdè remota? p. 354. n. 3.

Diſtantes valdè remotè à curia Rom. ubicunque ea ſit, quinam cenſeantur? p. 354. n. 3.

Diſtantia quæ faciat difficultarem adeundi Pontificem. p. 354. n. 3.

Diſtantia magna ab Vrbe tribuit electo Ius adminiſtrandi ante confirmationem. p. 355. n. 4.

Niſi in provincia ſit Legatus à latere, qui confirmare poſſit. n. 5.

Diſtantia ſi magna, partes inde non ſunt citandæ, niſi in arduis. p. 624. n. 5.

Diſtributiones.

Diſtributiones an debeantur Canonico non habenti præbendam? p. 34. n. 6.

Diſtributiones plures recipit, qui plura habet in eadem Eccleſia beneficia, niſi conſuetudo obſtet. p. 201. n. 7.

Diſtributiones quotidianas non percipiunt, qui ob dandam Romæ de electione Informationem, aliámve Eccleſiæ utilitatem abſunt. p. 424. par. & n. 1.

Doctor.

Doctores etſi ſemel à Republ. approbati ſint, poſſunt ex cauſa iterum reprobari. p. 46. n. 2.

Doctori de particulari conſuetudine, ſtatuto vel privilegio teſtanti non eſt ſtatim fides habenda. p. 58. n. 14. An & quomodo maiori Doctorum parti? ibid.

Doctoratûs conditio, ſub quâ mandatur conferri beneficium eſt collationi ſubſtantialis. p. 111. n. 6.

Doctorum omnium uniformi ſententiæ non poteſt ſubeſſe error. p. 187. n. 4.

Doctor excluſus ſi reſtituatur in Collegium, quem locum obtinere debeat. p. 741. n. 4.

Doctorum veterum reſponſa non ſunt quoad omnia indubitatè recipienda. p. 823. n. 8.

Dolus. Vide *Fraus.*

Doli actio conceditur ad biennium; exceptio doli eſt perpetua. p. 81. n. 2.

Dolus non præſumitur. p. 82. n. 4. p. 354. n. 2.

Doli probatio ſit per conjecturas. p. 84. n. 3. p. 354. n. 2. p. 82. n. 4.

Dolus & propria fraus nemini patrocinari debent. p. 94. n. 4.

Dolo impetrantis ſi reſcriptum ſit obreptitium, poteſt ab Adverſario totum irritari per exceptionem. p. 102. n. 2. Niſi quoad eam partem, quæ penitus ſeparata & dolo non eſt infecta. ibid.

Dolum continens factum eſt gravius puniendum. p. 399. n. 1.

Dolus mandatarij non obeſſe debet principali. p. 441. n. 2.

Doli actio conceditur læſis, quibus alia non competit. p. 487.

Doloſis malitia ſua non debet eſſe lucroſa. ibid.

Dolus malus eſt machinatio ad alterum decipiendum accomodata. p. 817. n. 5.

Doli actio parit condemnato infamiam. p. 817. n. 6.

Dolo alienare rem mutandi Iudicij causâ quis cenſeatur? p. 840. n. 2.

Dolo proprio ne quis teneatur, non poteſt inter partes conveniri. p. 854. n. 8.

Domicilium.

Domicilium Clerici eſt locus Beneficij Reſidentiam poſtulantis. p. 124. n. 1.

Domicilium Religioſi eſt locus ſui Monaſterij. ibid.

Domicilium Originis amittit Religioſus quoad onera, non quoad commoda. p. 124. n. 1.

Dominus.

Dominus unius partis ſi ſit Iudex, an merito ab altera ut ſuſpectus recuſetur. p. 621. n. 1. p. 639. n. 3.

Domini nomine quis comprehendatur. p. 621. n. 1.

Dominus ſi ſit ſuſpectus, tota eius familia recuſari poteſt. 639. n. 1.

Domini tui Inimicus ſi ſit Iudex, potes eum recuſare ut ſuſpectum. p. 639. n. 1.

Dominium.

Dominium eccleſiaſticorum redituum habent Clerici. p. 24. n. 12. Sed quoad ſuperflua obligantur Eccleſiæ. ibid.

Dominium poteſt ex conſuetudine per fictam apprehenſionem acquiri. p. 174. prin.

Donatio.

Donatio mortis cauſa ſi fiat cum irrevocabilitate eſt donatio inter vivos. p. 36. n. 14.

Donatio ultra 500. ſolidos facta Eccleſiæ aut cauſæ piæ valet ſine inſinuatione; non item facta Clerico particulari. p. 43. n. 14. Idem eſt de donatione aut legato contra pactum familiæ. p. 43. n. 16.

Donationis ſpecies eſt Beneficij Eccleſiaſtici collatio. p. 78. prin.

Donata ab Epiſcopo Villa cum ſuis aliis in ea Iuribus quid intelligatur donatum? p. 92. n. 3.

Donatio nolenti non poteſt acquiri. p. 400. n. 1.

Donatio perfecta conditiones poſtea non capit. p. 186. n. 2.

Donatio cum acceptata eſt, eſt perfecta & irrevocabilis. p. 313. n. 7.

Donatio Conſtantini M. facta S. Sylveſtro quænam? p. 411. n. 1. Eandem Carolus M. à Longobardis vindicauit & reſtituit. n. 2. Edictum de illa corruperunt Græci. ibid.

Donare nemo facili de cauſa creditur. p. 469. n. 1.

Donationes an & quas facere poſſit Adminiſtrator Regni. p. 501. n. 3.

Donare ob merita, pietatem &c. non eſt perdere. p. 502. n. 3.

Donationes quas facere poſſit Prælatus Monaſterij. p. 502. n. 3.

Donatio executioni non data ante mortem donantis an ſit poſtea exequenda. p. 627. n. 8.

Donationes facere non poteſt Capitulum ſede Vacante. p. 751. n. 8.

Donare an poſſit Adminiſtrator cũ litera? p. 772. n. 2.

Donare gratis aliquid Præſentatori aut Collatori non eſt ſimonia. p. 778. n. 2.

Donatio revocari poteſt, Donatorio contra donantem agente in Iudicio. p. 782. n. 5. Niſi agat ex mandato Superioris. ibid. Vel pro perſona coniuncta. ib.

Donationem propter nuptias lucratur mulier ob adulterium Mariti. p. 787. n. 1.

Donatio per incarcerationem extorta an valeat. p. 811. n. 6.

Dos.

Doti aut hæreditati ingredientium Religionem nihil poteſt per ſtatutum civile detrahi. p. 41. n. 7.

Dotalibus in bonis tenetur maritus non tantum de dolo, ſed & de negligentia. p. 191. n. 1.

Dotem amittit adultera in pœnam criminis. p. 192. n. 5. p. 787. n. 1.

Dotem uxoris alienandi conſuetudo invalida. p. 192. num. 6.

Dotem quaſi poſſidet maritus propter adminiſtrationem. p. 357. n. 11.

Dotem non comprehendit Renuntiatio generalis. p. 469. n. 1.

Dotator Eccleſiæ acquirit eius Patronatum, non curam aut reditus. p. 498. n. 10. Niſi Epiſcopus ultrò concedat. ibid.

Dotalibus pro bonis agere poteſt maritus ſuo nomine. p. 793. n. 1.

Dotalem fundum non tenetur Maritus defuncta uxore reſtituere, donec compenſentur meliorationes. p. 822. n. 7. Fructus ex melioratione interea perceptos facit ſuos. ibid.

Dotis nomine non poteſt Clericus dare filiæ aut Sorori decimas. p. 847. n. 2.

Dubium Vide *Interpretatio, Præſumptio.*

Dubium Politicum in Iure civili ſolvendum eſt per deciſionem Canonum, ſi habeatur. p. 6. n. 10.

In Dubio præſumendum pro Principe. p. 23. n. 10.

In Dubio non præſumitur actus ſubſequens proteſtationi contrarius. p. 35. n. 12.

Dubium de ſua Iuriſdictione poteſt ipſe Iudex cognoſcere. p. 87. n. 1. p. 131. n. 3. p. 654. n. 3.

Vide *Iudex.*

Dubium de ſua Iuriſdictione ſi pro ſe reſolvat bona fide Iudex, validè procedit in cauſa principali. p. 87. n. 2. Niſi forte Iuriſdictio non poteſt in eo fundari. p. 88. n. 3. Vt ſit ſi reſcriptum aut Commiſſio ſint falſa. num. 4. Aut cauſa extra poteſtatem committentis. ibid.

Dubium ſi ſit de perſona & ſtatu Iudicis non poteſt ipſe de eo cognoſcere. p. 89 n. 7.

In dubio de requirendo conventûs conſenſu ſtat præſumptio Iuris pro Prælato. p. 106. n. 5.

In Dubio de Iuriſdictione delegatorũ non poteſt Ordinarius eſſe Iudex. p. 113. n. 2.

Dubium ſenſum legis determinat conſuetudo. p. 186. n. 3. & 4.

Dubiam diſpoſitionem in ſenſu falſo accipiens juſtè excuſatur. p. 189. n. 10.

Dubium an conſuetudo ſit rationabilis, relinquendũ Iudicis arbitrio. p. 196. n. 7.

Dubiam Legem interpretatur Iudex. p. 210. n. 3.

Dubium Reſcriptum Pontificis aut Principis interpretatur eius Legatus aut Delegatus. p. 210. n. 3.

Dubium probabile ſuper Iuris intellectu excuſat. p. 226. n. 4.

In Dubio, actus iure poſitivo irritus non præſumitur etiam in conſcientia irritus. p. 258. n. 15.

Dubia ſeu Quæſtiones, quæ de electione publicato ſcrutinio moveri poſſunt. p. 346. n. 8.

Dubium ſi ſit inter duos de poſſeſſione Iuris eligendi, poteſt vterque admitti cum proteſtatione. p. 380. n. 2.

Dubia in re melius eſt Verbis Edicti ſervire. p. 413.

In Dubio dignior eſt, & præferendus, qui prius in Inſtrumento vel diſpoſitione nominatur. p. 449.

Dubium an defectus corporis ſit notabilis & magnus dijudicabit Epiſcopus. p. 563. n. 2.

Dubium ſi ſit de præventione in concurſu duorum, quis præferendus alteri? p. 596. n. 2.

Dubium ſi ſit, non cenſendus eſt Princeps uſus fuiſſe plenitudine poteſtatis. p. 620. n. 1.

Dubium ſi ſit de Iuriſdictione, eſt adhuc parendum Ordinario. p. 654. n. 3. Non item delegato. ibid.

Dubia in cauſa an tranſigere poſſit Abbas aut Prior ſine conſenſu capituli. p. 771. n. 2.

Duellum.

Duelli pœnæ quæ? remiſſivè. p. 562. n. 2.

Eccleſia.

Eccleſiæ in detrimentum non redundat Perſonæ delictum. p. 3. n. 3.

Eccleſiæ Iuribus non poſſunt derogare laici ſuis ſtatutis. p. 19. n. 1.

Eccleſiæ unius bona & reditus poteſt Pontifex validè & licitè transferre in aliam. p. 24. n. 12.

Eccleſiæ bona ſemel acquiſita ſunt extra omnem poteſtatem Laicam. p. 25. n. 14.

Eccleſiæ bonũ non poteſt impedire Patronus. p. 32. n. 2.

Eccleſiæ fundatio cum clauſula, *ut Epiſcopus dotem non adminiſtret*, eſt valida, & clauſula habetur pro non adiecta. p. 36. n. 15.

Eccleſiæ fundator poteſt fundationi adjicere pacta quælibet; Canonibus tamen non contraria. ibid.

Eccleſiarum generali uſu poſſunt Leges civiles de rebus & perſonis Eccleſiaſticis canonizari. p. 39. n. 3.

Eccleſiæ de rebus diſponere nil poſſunt ſeculares ſine privilegio aut immemoriali conſuetudine. p. 39. n. 6.

Eccleſijs aut Eccleſiaſticis collectam à laicis imponendi privilegium quomodo uſurpandum. p. 42. n. 10.

De Eccleſia, & eccleſiaſticis perſonis aut rebus in ſpecie

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN